



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCLXXXIX. Bischof Heinrich von Verden bestätigt die Gründung und Dotation des Altars Mattäi, Annä, Barbarä und Dorotheä in der Marienkirche zu Salzwedel, am 11. October 1411.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCLXXXIX. Bischof Heinrich von Verden bestätigt die Gründung und Dotation des Altars  
Matthäi, Anna, Barbara und Dorothea in der Marienkirche zu Salzwedel,  
am 11. October 1411.

Heinricus, Dei et apostolice sedis gracia Episcopus Verdenfis, univcrse fidelium nationi vitam in Christo consequi sempiternam ad perpetuam rei memoriam. Cum commissi nobis officii necessitas nos provocat operam dare fidelium votis, in his precipue, quibus diuinus cultus adaugeatur, . . . . famosi Viri Hermannus et Bartoldus, dicti de Chuden, oppidani veteris oppidi in Soltwedele, — in remedium animarum suarum et progenitorum suorum altare in honorem S. Mathei Apostoli et Evangeliste sanctarumque Anne, Barbare et Dorothee in Ecclesia B. Marie Virginis oppidi Soltwedel de bonis propriis ipsis a Deo collatis fundaverunt atque pro sustentatione virorum altaris eiusdem, qui pro tempore fuerunt, nonnullos redditus annuos infra conscriptos, quos idem Hermannus et Bartoldus ab illustri Principe Marchione Brandenburgensi in feudum habuerunt et per eundem principem, dum agebat in humanis, ipsi altari applicatos, donatos et appropriatos pro divini cultus augmento deputarunt et assignarunt. Qui siquidem redditus tales fore dignoscuntur: In villa Sallenthin in curia prefati II marce denariorum et in precaria III quartas modii filiginis et III quartas modii hordei et III quartas modii avene et III solidos cum III denariis solvendis in festo Martini et II solidos in festo Walpurgis. In curia Arnoldi I modium filiginis et I modium hordei et I modium avene et V solidos solvendos in festo Martini et III solidos in festo Walpurgis. In curia Henrici III quartas modii filiginis et III quartas modii hordei et III quartas modii avene et III solidos cum III denariis solvendis in festo Martini et II solidos in festo Walpurgis. In curia Redeken III quartas modii filiginis et III quartas modii hordei et II quartas modii avene et III solidos cum VI den. solvendis in festo Martini. In curia Polcunen I modium filiginis et I modium hordei et I modium avene cum III solidis solvendis in festo Martini et V den. in festo Walpurgis. In curia dominorum S. Spiritus III quartas modii filiginis et III quartas modii hordei et III quartas modii avene et IV solidos cum III denar. solvendis in festo Martini et II solidis in festo Walpurgis. In villa Rademien in curia Gehre Lukteden II modios filiginis et II modios hordei et II modios avene et VIII solidos solvendos in festo Martini et III solidos in festo Walpurgis. In curia Arnoldi Möllers V quartalia filiginis et V quartalia hordei et V quartalia avene et VI solidos cum II denar. solvendis in festo Martini et XXXVII den. in festo Walpurgis. In villa Priezier in curia Henneke Critelmanns VI modios filiginis, in curia Tideke Ritzleue VI modios filiginis, in curia Hans Ludiken VI modios filiginis. In villa Gladegow in curia Henneken achter der Kerken I chorum filiginis, in curia Heine Stegemanns I chorum filiginis, in curia Henneken Schermers I chorum filiginis, in curia Heine Bogtelmanns I chorum filiginis. Hinc est quod pro parte prefatorum Hermannii et Bartholdi exstat nobis cum ad nos supplicatum, quatenus prefatum altare inter alia beneficia ecclesiastica dioceleos nostre Verdenfis et prefertim ecclesie beate Marie virginis oppidi Soltwedele predicti recipere et consecrare huiusmodi redditus annuos ceteris bonis et redditibus ecclesiasticis adscribere ac . . . . ordinarie confirmationis eisdem impendere . . . . dignaremur. Nos itaque dictas preces ex radice charitatis diuine procedentes frustrari nolentes, prefatum altare S. Mathei sanctarumque Anne, Barbare et Dorothee nec non omnes et singulos redditus annuos superius expressos per ante dictos Hermannum et Bartholdum eidem assignatos et deputatos atque per predictum illustrem Principem ac Dominum Marchionem ipsis applicatos et appropriatos.

ceteris beneficiis et redditibus ecclesiasticis dioeceseos nostre Verdenfis et presertim Ecclesie beate Marie Virginis oppidi Soltwedel memorati adscribimus ipsumque altare, ut vicaria perpetua in prefata ecclesia permaneat, cum suis prefatis redditibus approbamus, ratificamus ex auctoritate nostra ordinaria presentibus in nomine Dei confirmamus, cuius quidem vicarie ius patronatus supra dictis Hermanno et Bartholdo, fratribus de Chüden, quam diu vita fruuntur, reservamus, ipsis vero humanis exemptis ius Patronatus ad eorum filios et heredes legitimos masculini sexus, si qui fuerint, volumus pervenire. Quodsi forte filii et heredes masculini sexus defuerint, quociens hoc evenit, senior mulier inter heredes dictorum Hermanni et Bartholdi predictae vicarie ius Patronatus obtinebit. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum in castro Rodenburg, Anno Domini Millesimo quadringentesimo et undecimo, Dominica post festum S. Dionysii Martyris et sociorum eius.

Danneil's Kirchengesch. der Stadt Salzwedel, S. 31.

CCXC. Bischof Heinrich von Verden genehmigt die Uebertragung des Patronats der drei Altäre Stephani, Mariä Magdalena und Martini in der Marienkirche zu Salzwedel an den altstädtischen Rath, am 24 Juni 1412.

Hinricus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Verdenfis, Prouidis et circumspicis viris nobis in Christo dilectis Proconsulibus et Consulibus antiqui opidi Soltwedel nostre Verdenfis dioecesis salutem in domino sempiternam. Ex fide digna relatione recepimus nobis expositum, quod discretus vir Hinricus Stolpen presbiter, Petrus Stolpen, frater ipsius, et Metke, relicta Henrici Brunow, commorantes in dicto opido Soltwedel, ad quos seu ad quam iuspatronatus seu iuspresentandi altaris scti. Stephani in ecclesia beate Marie virginis in Soltwedel ac discretus vir Hinricus presbiter, Hoyer et Wolterus, fratres, dicti Hartwici, et Wendel Lughen in dicto opido Soltwedel commorantes, ad quos seu ad quam iuspatronatus seu iuspresentandi altaris scti. Marie Magdalene in ecclesia beate Marie virg. iam dicta; Necnon Ghefeke rulen, filia rulen, dicti factoris, morans in dicto opido Soltwedel, ad quam iuspatronatus seu iuspresentandi altaris sancti Martini in ecclesia beate Marie sepius memorata a longeuis preteritis temporibus pleno iure, ut intelleximus ex declaratione probabili, pertinuit, desiderantesque ipsum iuspatronatus ex causis legitimis eos pie mouentibus dictorum altarium seu iuspresentandi vobis assignare, donare et in vos transferre de nostra licencia speciali. Quare vobis preactis proconsulibus et consulibus dicti opidi Soltwedel iuspatronatus seu iuspresentandi dictorum altarium in perpetuum reservamus secundum dispositionem fundatorum et donatorum, plenam et liberam dantes et concedentes facultatem perpetuis temporibus in futurum, vt valeatis vti iuspatronatus dictorum altarium et possitis libere de nostro consensu ad dicta altaria sue vacationis tempore tocians quociens fuerit oportu- num, idoneas personas presentare pro regimine dictorum beneficiorum, prout antea exsiterat solitum et consuetum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Castro nostro Rodenborch, Anno Dni. M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XII<sup>o</sup>., mense Iunii die vicesima quarta.

Danneil's Kirchengesch. der Stadt Salzwedel, S. 32.